Noverint universi. Quod Ego Francisca Tyrona uxor Bartholomei Grau civis Gerunde parrochie de Fornellis domina utilis et proprietaria
mansi Tyroni de Pinu parrochie de Vinoliter de Silva redempta et absoluta a dominio et servitute venerabilis conventus
Monasterii Sancti Martini de Costa Gerunde, cuius eram prius de huiusmodi redemptione et absolutione constat instrumento
confecto decima nona die mensis decembris proxime lapsi in posse Rogerii de Gonz notarii Gerunde gratis et ex certa sciencia confiteor
et recognosco vobis venerabili et Religiose domine Ermessendi dei gratia abbatisse Monasterii sancti Danielis Gerunde presenti
quod sum et esse debeo femina propria et solida vestra et dicti Monasterii et succedencium vobis in eo Et etiam ad cautelam de novo
convenio et facio me feminam propriam et solidam vestram et dicti Monasterii et succedencium vobis in abbatia dicti Monasterii
cum omni prole a me nascitura et rebus et bonis meis mobilibus presentibus et futuris et hoc racione dicti mansi Tyroni de Pinu et eius
trax honorum et possessionum de quibus ego sum domina utilis et proprietaria quas quidem mansus et eius tres honores et possessiones pro
dicto Monasterio ad directum dominium tenentur Et ipsum quidem mansum cum suis tribus honoribus et possessionibus per me et meos tenere
confiteor ad directum dominium pro vobis et dicto Monasterio et succedentibus vobis in eo Et de ipso manso et eius tribus honoribus et possessionibus
habetis et habere debetis homines et mulieres et alias servitutes Et sic promitto quod ero vobis et dicto Monasterio et succedentibus vobis in eo
legalis et fidelis et non intrabo causa habitandi aliquam Civitatem villam Castrum vel alium locum privilegiatum nec aliquid faciam
tractabo vel procurabo per quod possitis ius et dominium quod in me et prole et rebus meis mobilibus habetis et habere debetis amittere et aliud
sibi adquirere quoquomodo obligando ad hec vobis et dicto Monasterio et succedentibus vobis in eo et notario infrascripto tamquam publice persone
stipulanti et recipienti legittime nomine omnium quorum interest [illegible] fuerint [illegible] mei et omnia bona mea dicta et sinda
ubique Et pro predictis presto et facio homagium venerabili domine Marqueside de Monte palacio priorisse dicti Monasterii illud nomine vestro et dicti
Monasterii et pro vobis recipienti ore et manibus comendatum iuxta usum et consuetudinem huius terre iurans etiam sponte per deum et eius sancta quatuor evangelia
corporaliter a me tacta predicta omnia et singula rata grata et firma semper habere tenere et servare eaque attendere et complere et non contravenire vel
venire aliqua racione iure modo vel causa Actum est hoc in dicto Monasterio sancti Danielis Gerunde die sexta mensis Februarii anno a nativitate
domini millesimo Quadringentesimo duodecimo Signum mei Francisce Tyrona predicte que hec firmo et laudo pariterque iuro Testes huius rei
sunt discretus Petrus Capmany scriptor Civitatis Gerunde et Iacobus Ferrarii presbiter [illegible] Gerundensis

Signum Petri [illegible] notarii publici [illegible] Iacobi [illegible] pro [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] scribi feci et clausi

6-2-1412

nº 1062

Institutio de fominagi[?]ria del Monestir de St. Daniel
fet per Francisca Prioma Senyora del Castell de [illegible]
de [illegible] de la Selva redemida per lo [illegible] de St.
Marci [illegible]

homage prestat per Francesca
filla den [illegible] de Fornells

T. 205 X 310

AC-95 Nº 1 del plec quart de [illegible]llots.

1121